

*tota subseruiens phalerato atque ambitioso  
 verborum apparatu, ac quæ sitis sententiarum  
 delitiis, doctrinam de miseria hominis, de na-  
 tura nostræ, adeoq; etiam voluntatis atq; arbi-  
 trii tetra contaminatione, de peccati atrocita-  
 te, de ignominiosa Christi cruce ac morte, de  
 afflictionibus Christiano homini non tole-  
 rãdis solum, sed vltro etiam, cum res postulat,  
 subeundis; eam, inquam, doctrinam vel planè  
 dissimulat, vel hominum commentis, & fu-  
 cata facundia coloribus ita obliniit, vt nativa  
 eius facies nusquam appareat. Pudebat ni-  
 mirum istos fastuosos oratores tam humilis  
 argumenti; tamque abiectarum materialium;  
 utpote quas minime omnium conducere vi-  
 debant affectibus auditorum deliniendis, aut  
 conciliandæ benevolentia. Atque eiusmodi  
 quidem ambitiosa & leues Rhetoricationes vt  
 perpetuò Græcis fuerunt familiares, ita potis-  
 simum eo tempore, quo Apostolus ad Corin-  
 thiorum Ecclesiam vel colligendam, vel am-  
 plificandam, & cõfirmandam diuinitus mit-  
 tebatur, Pseudoapostolis, qui Ecclesiam illam  
 valde exercuerunt, usurpabantur. Cui malo  
 obuiam iturus diuus Paulus, eiusmodi Rhe-  
 toricen procul iubet facessere; utpote quæ sese  
 Græcorum, nescio quibus, speciosis commentis,*